

QUIA FRATER TUUS. Non meâ solum causâ, sed et quia frater tuus est, qui bonum omne velle debet ut alteri tibi, charitate urente.

MORTUUS ERAT ET REVIXIT, cum mortuus fuerit, revixit; vide supra, v. 24. Non offendere te debet nostra lætitia, cuius socius esse debueras; æquum est enim te fratri, qui reputatus fuit perditus, salvo et reduci gratulari. Non deest meminisse qualis fuerit, sed gaudere quod talis modo sit, quem optamus. Hæc sententiâ, tanquam conclusione trium præcedentium parabolarum, absolvit doctrinam suam Jêsus, et quasi adhibito gravi malleo, prosternit Pharisæos, docens peccatores à se suscipi, non quia peccatores sunt, sed quia penitentes, conversi, justificati; idcirco non invidendum aut murmurandum ipsis tanquam justis, sed lætandum super fratrum salutem, si

in se, et amplectitur penitentiam. Deus illum suscipit, indulgètia fide et justitiâ, et sacramento corporis Christi tanquam vituli signati, celebrando insuper publico gaudio cum symphoniâ et choris, per totum terrarum orbem jam resonantibus, super populi tam longè dissitæ ac ferè desperati conversione. Interim filius senior est in agro, id est, in terrenis operibus, et pro terrenâ hereditate servit Deo: et audiens illam lætitiâ Ecclesiæ gentium, vocat unum de servis, id est, legit aliquem prophetaurum, et intelligens fieri

CAPUT XVI.

1. Dicebat autem et ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum; et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

2. Et vocavit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? reddere rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare.

3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferat à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubescio.

4. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

5. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam; et sede citò, scribe quinquaginta.

7. Deinde alii dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta.

8. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia illi hujus seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt.

9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

10. Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est; et qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est.

11. Si ergo in iniquo mammonâ fideles non fuistis; quod verum est, quis credet vobis?

12. Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?

13. Nemo servus potest duobus dominis servire;

Deum angelosque imitari velint. «Hic totus scopus parabole est, inquit Theophylactus, propter Pharisæos obmurmurantes quod peccatores susciperet; quâ docet, etiam si iusti simus, non repellendos peccatores, neque obmurmurandum recipientes illos (Deo); et paulò antè: «Dicit igitur per presentem parabolam Dominus Pharisæis, quasi in hunc modum: Esto, vos iusti sitis, sicut filius ille beneplacens patri; obsecro vos justos et mundos, non obmurmuretis in salutem filiorum: est enim et ille filius. Itaque Pharisæorum mentem instruit, ut etiam si iusti ipsi essent, et omnia mandata Dei perciperent, gravatim ferre non deberent suscipi peccatores; cæteroque similes ipsos esse filio illi seniori, quem nemo neget malè fecisse.

hoc propter respiscientiam populi perditum, indignatur, quia torquetur invidia, videns Ecclesiam, ac tam optima ejus Sacramenta, et non vult adhuc in eam intrare. Stomachatur adversus patrem, quod nihil simile sibi contigerit, qui patris mandatum nunquam præteriverit, opinionem scilicet suâ, quia hoc arrogantiam quam verius dicit; quanquam possidet perseverantiam in cultu Dei intelligit. Vide cætera latius apud Aug., lib. 2 Quæst. evang., q. 35.

CHAPITRE XVI.

1. Jêsus dit aussi, en s'adressant à ses disciples: Un homme riche avait un économiste qui fut accusé devant lui, comme ayant dissipé les biens de son maître.

2. Et il le fit venir, et lui dit: Qu'est-ce que j'entends dire de vous? Rendez-moi compte de votre administration, car vous ne pourrez plus gouverner mon bien.

3. Alors cet économiste dit en lui-même: Que ferai-je, mon maître m'ôtant l'administration de son bien? Je ne saurais travailler à la terre, et j'aurais honte de mendier.

4. Je sais bien ce que je ferai, afin que lorsqu'on m'aura ôté mon emploi, il y ait des gens qui me reçoivent chez eux.

5. Ayant donc fait venir, l'un après l'autre, tous ceux qui devaient à son maître, il dit au premier: Combien devez-vous à mon maître?

6. Il lui répondit: Cent barils d'huile. L'économiste lui dit: Reprenez votre obligation; mettez-vous là vite, et faites-en une autre de cinquante.

7. Il dit ensuite à un autre: Et vous, combien devez-vous? Il répondit: Cent mesures de froment. Reprenez votre billet, lui dit-il, et faites-en un autre de quatre-vingts.

8. Et le maître loua cet économiste infidèle, de ce qu'il avait agi prudemment; car les enfants du siècle sont plus sages dans la conduite de leurs affaires, que les enfants de lumière.

9. Je vous dis de même: Faites-vous des amis avec les richesses d'iniquité; afin que, lorsque vous viendrez à manquer, ils vous reçoivent dans les demeures éternelles.

10. Celui qui est fidèle dans les petites choses, sera fidèle aussi dans les grandes; et celui qui est injuste dans les petites choses, sera aussi injuste dans les grandes.

11. Si donc vous n'avez pas été fidèles dans les richesses injustes, qui vous voudra confier les biens véritables?

12. Et si vous n'avez pas été fidèles dans un bien étranger, qui vous donnera le vôtre propre?

13. Nul ne peut servir deux maîtres; car, ou il

aut enim unum odiet, et alterum diliget; aut uni adhaerabit, et alterum contemnet: non potest Deo servire et mammonæ.

14. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant avari; et deridebant illum.

15. Et ait illis: Vos estis qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

16. Lex et propheta, usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evangelizatur, et omnis in illud vim facit.

17. Facilius est autem cælum et terram præterire, quam de lege unum spicem cadere.

18. Omnis qui dimittit uxorem suam, et alteram ducit, moechatur; et qui dimissam à viro ducit, moechatur.

19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ et bysso; et epulabatur quotidie splendide.

20. Et erat quidam medicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus;

21. Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensâ divitis, et nemo illi dabat; sed et canes veniebant, et lingeabant ulcera ejus.

22. Factum est autem ut moreretur medicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, et Lazarum in sinu ejus.

24. Et ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vitâ tuâ, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.

26. Et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est; ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde hinc transire.

27. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei:

28. Habeo enim quinque fratres: ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et prophetas: audiant illos.

30. At ille dixit: Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent.

31. Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

VERS. 4. — DICERAT AUTEM eodem tempore, scilicet parabolam, quod Syrus addit, et subaudit Hieronymus, q. 6, ad Algasiam.

VERS. 1. — DICERAT. Cum præcedentes tres parabolas ad scribas et Pharisæos, tanquam contra se murmurantes, direxisset, nunc aliam addit ad discipulos suos, generaliter dictos, hoc est, ad sectatores

hæcra l'un, et aimera l'autre; ou il s'attachera à l'un, et il méprisera l'autre. Ainsi vous ne pouvez servir tout ensemble Dieu et l'argent.

14. Les Phariséens, qui étaient avarés, écoutaient toutes ces choses, et ils se moquaient de lui.

15. Et Jêsus leur dit: Pour vous, vous avez grand soin de paraître justes devant les hommes; mais Dieu connaît vos cœurs; car souvent ce qui est grand aux yeux des hommes, est en abomination devant Dieu.

16. La loi et les prophètes ont duré jusqu'à Jean; depuis ce temps-là, le royaume de Dieu est annoncé, et chacun peut faire violence pour y entrer.

17. Or il est plus aisé que le ciel et la terre passent, que non pas qu'une seule lettre de la loi manque d'avoir son effet.

18. Quiconque renvoie sa femme et en épouse une autre, commet un adultère, et quiconque épouse celle que son mari a renvoyée, commet un adultère.

19. Il y avait un homme riche qui était vêtu de pourpre et de lin, et qui se traitait magnifiquement tous les jours.

20. Il y avait aussi un pauvre nommé Lazare, étendu à sa porte, tout couvert d'ulcères,

21. Qui eût bien voulu se rassasier des miettes qui tombaient de la table du riche; mais personne ne lui en donnait, et les chiens venaient lécher ses ulcères.

22. Or, il arriva que ce pauvre mourut, et fut emporté par les anges dans le sein d'Abraham. Le riche mourut aussi, et eut l'enfer pour tombeau.

23. Et lorsqu'il était dans les tourmens, il leva les yeux en haut, et vit de loin Abraham, et Lazare dans son sein.

24. Et s'écriant, il dit ces paroles: Père Abraham, ayez pitié de moi, et envoyez-moi Lazare, afin qu'il trempe le bout de son doigt dans l'eau, pour me rafraîchir la langue, parce que je souffre d'extrêmes tourmens dans cette flamme.

25. Mais Abraham lui répondit: Mon fils, souvenez-vous que vous avez reçu vos biens dans votre vie, et que Lazare n'y a eu que des maux; c'est pourquoi il est maintenant dans la consolation, et vous êtes dans les tourmens.

26. De plus, il y a entre vous et nous un grand abîme; de sorte que ceux qui voudraient passer d'ici vers vous, ne le peuvent, comme on ne peut passer ici du lieu où vous êtes.

27. Le riche répliqua: Je vous supplie donc, Abraham, mon père, de l'envoyer dans la maison de mon père.

28. Or j'ai cinq frères, afin qu'il les avertisse, de peur qu'ils ne viennent aussi eux-mêmes dans ce lieu de tourmens.

29. Abraham lui répondit: Ils ont Moïse et les prophètes; qu'ils les écoutent.

30. Non, dit-il, Abraham, mon père; mais si quelqu'un des morts va les trouver, ils feront pénitence.

31. Abraham lui répondit: S'ils n'écoutent ni Moïse, ni les prophètes, ils ne croiront pas non plus, quand même quelqu'un des morts ressusciterait.

COMMENTARIA.

ET, pro etiam.

AD DISCIPULOS SUOS. Superioris supra parabolas dixerat ad Pharisæos et scribas, caput 15, v. 3; hæc

suos, qui se disciplinæ ejus subjicere volebant, etiam si nondum reliquissent omnia. Agitur enim de divitiarum dispensatione.

HOMO QUIDAM ERAT DIVES, parabola narratur, non

ad discipulos suos, id est, sectatores, qui sic se disciplinae ejus subdere gestiebant; ut tamen non omnibus omnino quas in terrâ possiderent opibus, simul et semel desertis, sublimem illam vitam conversionem capessere vellet, quod Titus ait; quemadmodum jam fecerant apostoli, qui reliquerant omnia, Math. 19, v. 27. Illos hæc parabola ad eleemosynæ studium adhortatur.

HOMO QUIDAM ERAT. Non narratur res gesta, sed fingitur exemplum docendi gratiâ, quemadmodum sæpè hactenus; quò majori cum gratiâ doceatur, et facilius ac juvenilius in auditorio animos illabatur, quod mens est docere.

VILLICUM, œconomum; dispensatorem verit supra 12, v. 42. Syrus transfert, magistrum, seu præfectum domus: nam à domo regendâ œconomus nomen refert. Math. 20, v. 8, vocatur procurator. Hieronymus questione 6 ad Algasiam scribit in hæc verba: Qui habebat villicum sive dispensatorem, hoc enim dicitur; significat; villicus autem propriè villæ gubernator est, unde et à villâ villicus nomen accepit; œconomus autem tam pecunie quàm frugum, et omnium quæ Dominus possidet, dispensator est. Hæc Hieronymus. Intelligitur ergo nomine villici, servus à Domino constitutus super familiam, ad hoc ut et proventus Domini recipiat, et in usus familie expendat, sub conditione reddendæ rationis. Cæterum non hic agitur de præfectis Ecclesie et dispensatoribus mysteriorum Dei, quemadmodum supra 12, v. 42, et Math. 24, v. 45; sed de singulis fidelium, divitis hujus mundi obtinentibus, quos intelligit Christus, esse dispensatores divitiarum, opum ac bonorum quæ à Deo solo divite accipiunt; dispensatores, inquam, non absolutos dominos; quibus non simpliciter donata, sed credita à supremo Domino sint, temporaria bona, expendenda juxta præscriptum ipsius, in communem usum servorum ejus, sub conditione reddendæ rationis ad novissimum usque quadrantem. Sic interpretatur inter Latinos Ambrosius, dum ait: In quo discimus, non ipsi esse domini, sed potius alienarum villici facultatem. Inter Græcos cum Euthymio Theophylactus: Primum hoc discimus, quòd non sumus domini divitiarum, sed dispensatores alienarum rerum, ut illas bene dispensemus, sicut ipse imperat. Non Dominus is est qui de seipso ait: Deus est orbis terræ et plenitudo ejus, Psalmo 49, v. 12.

ET HIC, QUI DIFFAMATUS, DELATUS EST, QUASI DISSIPASSET; Græcè, ut qui dissiparet, profunderet, abliguriret,

historia, QUI HABEBAT VILLICUM, Græcè, œconomum, id est, dispensatorem seu administratorem familiæ, qui scilicet omnes proventus reciperet et expendere, sub onere reddendæ rationis. Unde villitatio in sequentibus est domus administratio, seu officium administrandi familiam; nam aliqui villicus propriè est gubernator villæ, ut notat Hieron., ep. 151 ad Algasiam, quæst. 6: Et hic diffamatus est, seu delatus, quasi dissipasset bona ipsius, in alios usus ea convertendo, quam ratio officii postulare. Et quia res non constabat, cum eum vocasset, ait illi:

VERS. 2. — Quid hoc attido de te? Hæc est infamia, quæ viam aperire solet inquisitioni: REDDE

edendo, bibendo, inebriando ut ille supra 12, v. 45, aliisque modis, omninoque contra præscriptum Domini, abuteretur. Multi divitiis, quas Deus ipsis concessit, abutuntur, rarissime aut nullus est, qui modum à Deo præscriptum exactè teneat. Quæ de re perpetuum ipsorum apud Deum accusationem instituit diabolus, quod est, delator, quem Apocalypsis vocat accusatorem fratrum, qui accuset illos ante convocationem Dei die ac nocte, cap. 12, v. 10.

VERS. 2. — ET, PRO ITAQUE, VOCAVIT ILLUM, scilicet dominus ejus, quod Syrus exprimit.

Quid est hoc quod audio de te, quòd profundas bona mea, tuæ dispensationi à me credita?

REDDE, parate ad reddendum RATIONEM VILLICATIONIS, id est, dispensationis, administrationis tuæ; de acceptis et expensis, ut sciam quantum bonorum meorum proderis.

JAM, pro amplius, vertere ex fræ frequens est nostro interpreti, supra 15, v. 49; Marci 12, v. 54, Joan. 5, v. 14.

NON POTERIS per me, non amplius tibi fieri à me potestas, non amplius tibi permittam.

VILLICARE, villicum seu dispensatorem agere bonorum meorum. Hieronymus, mea dispensare. Frequenter admonet Deus divites hujus seculi, de luxu vestium, conviviis, de abusu divitiarum, et cætera, ilque per Scripturas sacras et prædicationes admonitionesque servorum suorum. Ob oculos etiam ponit vicinam mortem, quâ auferendus ab eis sit omnis divitiarum usus, et reddenda præterite ratio administrationis.

VERS. 3. — VILLICUS, œconomus, dispensator.

INTRA SE, apud se, apud animum suum. Non audebat verbis negare crimen dissipationis, quod per rationes subductas facili fieri poterat manifestum; obmutescens igitur anxiosusque, cogitabat cum animo suo.

QUID FACIAM, deinceps, quo vitam sustineam.

QUIA, quandoquidem.

AUFERT, auferre decrevit.

VILLICATIONEM, officium administrandi res suas. Hoc officium hactenus cum alierat, ad necessitatem non solum, verum etiam ad voluptatem; eo privata ubi fuerit, angitur quomodo necessaria vitæ poterit acquirere. Non enim fuerat ex eo genere quæstorum seu administratorum, qui quæ ex bonis dominorum suorum iniquè subripunt paulatim, reconducent in futuros suos usus, sed ex eorum qui mox abili-

RATIONEM VILLICATIONIS, id est, totius administrationis tuæ: JAM ENIM, Græcè, adhuc seu amplius, NON POTERIS VILLICARE, id est, ut Hieron., mea dispensare, supplè, si detuleris in reddendâ ratione; non enim ante cognitionem causæ, propter solam delationem officium abstulit ut patet ex v. 4. Itaque villicus, sciens se crimen dissipationis amovitur non posse.

VERS. 5. — AIT INTRA SE, secum deliberans: Quid faciam? ut mihi victum conquiram, quia dominus meus aufert, id est, auferet, nam malè sibi conscius hoc eventurum prævidebat: PODERE NON VALEO, id est, manibus operari, species pro genere; nempe ex desuetudine aut corporis imbecillitate, et quia hono-

guriunt. Angitur igitur, ut futurus inops, et destitutus ratione vivendi.

PODERE, labore manuum victum lucrifacere NON VALEO, partim ob virium imbecillitatem, partim ob desuetudinem.

ERUBESCO, pudet.

VERS. 4. — SCIO. Deliberanti occurrit consilium opportunum quod judicat, sed astutum: neque enim curant homines seculi, jure an injuriâ sibi comparent unde vivant, modò ne infametur.

UT CUM. Hoc faciam, hoc procurabo, ut cum.

VILLICATIONE, dispensatione, officio administratoris.

RECIPIANT ME. Non dicit qui, quia, secreto apud se loquens, se ipse intelligit, nec ab aliis intelligi desiderat meditantibus se fraudem. Subaudit autem, debitoris domini mei.

IN DOMOS SUAS, ita ut alant et sustineant. Primum ab officio amoveat, tanto eos beneficio mihi devinciam, quanto fiet, ut non gravatè me in domos suas, nunc unus, nunc alius, suscepturi, et pro meâ qualitate tractaturi sint.

VERS. 5. — DICERAT, rogabat.

PRIMO, qui advenerat.

QUANTUM DEES. Non quòd ignoret rogat, apud quem cautio servabatur; sed ut ille confessus debitorum, intelligat quantum hic œconomus beneficii sibi præstat, dimidium debiti remittens.

VERS. 6. — CADOS, Græcè batos legitur, quæ vox est Hebræa; Syriacè matreion, metretas, quæ vox est Græca. Porrò interpretes Latini, pro eadem mensurâ habuit batum, metretam et cadum; quamquàm cad Hebræis, non perinde certæ mensuræ sit, propriè significans vas habile ad liquida portanda manu humerove, Genes. 24, v. 15, 5 Reg. 18, v. 54. Porrò batos est decima pars cori in liquidis, quemadmodum ephi in aridis. Id manifestè Ezechiel docet cap. 45, v. 11, ubi ait: «Ephi et batos aequalia et unius mensuræ erunt, ut capiat decimam partem cori batos, et decimam partem cori ephi.» Bath autem continet sex hin, hin duodecim log, log sex ova gallinacea communia. Alii aliâ initiâ numerandi ratione, pondus vini metretâ unâ contenti, octo et centum libris

ratus vixi, MENDICARE ERUBESCO. Deliberanti incidit opportuna ratio vitæ sustentandæ, quam statim amplectitur per hoc quod dicit:

VERS. 4. — SCIO QUID FACIAM; nihil enim homines majus mundi curant, jure an injuriâ victum comparant, dummodo sine infamiâ vivant: UT CUM AMOTUS RUEBO, etc., RECIPIANT ME, supplè, debitoris domini mei; et 4: Talibus beneficiis eos mihi devinciam, ut cum depositus fuero, nunc unus, nunc alius non gravatè me suscipiant ac tractent in domo sua.

VERS. 5, 6, 7. — CONVOCATIS ITAQUE SINGULIS DEBITORIBUS, et ut fraus minis patereceret, dum singulis partem remittit, et uni soli postea esset minus onerosus aut invidiosus. Primum itaque debebat CENTUM CADOS OLEI; Græcè est batos, sed noster accepit batum et cadum, pro eadem mensurâ, sicut et aliquando Hieron. Porrò batos et ephi mensuræ aequales erant;

æstimant, singulis libris appendentibus duodecim uncias.

ACCIPË, à me, quam tibi trado.

CAUTIONEM TUAM, scriptum tuum, libellum tuum, tabulas tuas, quibus obligaris hero meo ad solvendum centum. Hæc tabule in manu œconomi erant, tantquam administratoris facultatum domini sui, eo fine, ut per eas cogeret debitorem ad solvendum, si opus esset. Reddit itaque illas debitori, ad hoc ut rescindat eas ac laceret, si velit.

ET SEDERE. Nec enim commodè scribere quis potest, nisi sedens.

CITO, tam ad præcedens quam ad subsequens verbum refertur: citò enim rem geri vult, ne quis, dum tabule adulterantur superveniens, percipiat fraudem, et ad dominum deferat.

SCRIBE QUINGUAGINTA; scribe aliam cautionem seu novas tabulas, quibus fatearis te debere quinguinta cados olei. Has ego suppositas loco veterum tabularum, domino in manus tradam; quare fiet, ut neque ipse, neque alius quisquam ejus nomine, cogere te possit ad solvendum amplius quam quinguinta. Scio itaque remissos tibi operâ meâ reliquos quinguinta cados; et postquam amotum me videris à munere dispensatoris, memineris hujus mei erga te beneficii.

VERS. 7. — COROS. Corus Hebræicè cor, aliàs homer, mensura est et aridorum et liquidorum, cujus decima pars in aridis est ephi, quemadmodum in liquidis batos: quod mox docuimus ex Ezechiele. Porrò unum ephi continet tria sata, de quibus supra.

LITTERAS TUAS, scriptum tuum; cautionem tuam transfert versu superiori; litteras seu instrumentum obligationis, quo obligaris hero ad centum.

OCTOGINTA. Mox remittebat dimidium debiti, hic quintam duntaxat partem; ne si omnibus eadem remitteret quantitatem, facili animadvertere donatus. Cæterum quinta hæc pars, tantò major est illâ dimidiâ, quanto ducenti bati excedunt batos quinguinta. Similiter invenit eum alii egipti domini sui debitoribus dispensatorem hunc egipti, relinquuntur intelligendum.

Reliqua hujus versiculi pete ex eo qui præcedit.

sed batos in liquidis, et ephi in aridis, et utraque continebat decimam partem cori, sicut hoc patet Ezech. 45, v. 11, ita ut unus corus comprehenderet decem batos seu cados in rebus liquidis; itemque decem ephi in rebus aridis. DIXITQUE ILLI: ACCIPË CARTONEM TUAM, Græcè scriptum, id est, chirographum tuum, seu litteras, quibus obligaris hero meo ad centum cados olei, accipe à me tibi porrectas, ut eos comburas aut laceres, ne quisquam invitem te cogere possit ad solvendum centum. ET SEDERE CITO, quia vocabatur ne ad singula momenta vocaretur ad reddendam rationem; SCRIBE QUINGUAGINTA, id est, scribe aliud chirographum, quo fatearis te debere quinguinta. Itaque dimidium remittit primo, quintam verò partem secundo, dum, pro centum coris trecenti, scribi jubet octoginta. Quæ remissio, quamvis proportione ad præcedentem esset minor, in se ta-

VERS. 8. — ET LAUDAVIT DOMINUS. Quod oconomus factum ubi rescivit vir ille dives, quamvis dispensum non modicum passus, laudavit.

VILLICUM INIQUITATIS, etc., id est, villicum, oconomum seu dispensatorem iniquum, phrasi Hebraica. Iniquus seu injustus erat, tum quia nuper dissipaverat bona domini sui, tum quia modo veritus destituitur, domino suo bona sua clanculum subripuit; laudavit tamen eum dominus, non quia inique seu injuste, sed quia PRUDENTER FECISSET, ad summum ipsius commodum, quia prudenter sibi in futurum prospexisset, clam procuratis sibi amicis de bonis domini sui, qui essent eum adiuturi, ne egestatem pateretur, postquam esset ab officio amotus. Prudenter autem inquit, pro eo quod est industriè, callidè; nec enim virum prudentia esse potest, quæ cum injustitiâ conjuncta est; sed est vitium prudentiæ simile. Porro rarus inveniatur dominus qui hujusmodi industriam laudet, conjunctam cum tanto damno suo; sed ponit Christus virum prædilectum et liberalem, qui hujusmodi jacturam parvi faciat, magisque delectetur ingenio dispensatoris, solerter sibi providentis, quam contristetur de damno quod hinc ipse patitur, præsertim cum Deum velit per hunc significatum.

QUIA, pro certè. Verba sunt Christi, occasione laudatæ prudentiæ iniqui hujus villici, exprobrantis filiis Dei socordiam suam.

FILIUS VITUS SEculi, qualis iniquus iste villicus seu dispensator. Filii hujus seculi dicuntur homines qui diligunt imitanturque hoc seculum, quibus placeat quicquid sequuntur res et opera hujus mundi, toti addicti mundo et vitæ presentis.

PRUDENTIORES SUNT, sagaciores, solertiores, industrii magis sunt. Explicat Augustinus, ad consulendum sibi in posterum, quamvis fraude, non jure, lib. 11 de Gen. ad lit., cap. 2.

FILIUS LUCIS, hominibus qui luce divinâ, quod ad animos mentesque illustrat, diligunt lucem, id est, Deum, justitiam, virtutem, æternam vitam, et quæ luce digni sunt faciunt, perosi opera tenebrarum; de quibus Apostolus, Ephes. 5, v. 8: *Ut filii lucis ambulatè*, Filii quidem dicuntur, Hebraicâ phrasi, sive lucis sive seculi, hinc ob ingeneratam animis sive à luce sive à seculo qualitate affectionemque, hinc ob amorem imitationemque sive lucis sive seculi; ex antithesi autem intelligitur seculum hoc loco tenebras appellari; sicut et Apostolus, *rectores mundi*, inter-

men erat major, quia cum unus corus contineret decem batos, viginti quoque remittebat conficiebant ducentos batos, cum tamen primo non remississet nisi quinquaginta. Relinquit autem intelligendum similitudinem aciem esse cum reliquis debitoribus, singulosque monitos, ut essent memores beneficii.

VERS. 8. — ET LAUDAVIT DOMINUS. Hieron., epist. 16, pro Dominus, legit, *Salvator*, quasi essent verba evangelicæ: sed rectius accepit eum eodem, epist. 431, et August., lib. 2 Quæst. evang., q. 34, ut sint verba Christi de domino illius villici, qui, intellectâ fraude, laudavit villicum INIQUITATIS, id est, iniquum, quia et olim administrando, et jam remittendo iniquè læsaret dominum suum. Laudavit autem non

pretatur, *tenebrarum harum*, Ephes. 6, v. 12. Nam tenebræ est mundus seu seculum, id est, multitudo impiorum, quia obcecatum habens cor solas tenebras, nihil aliud nempe in mundo aut considerat aut amat, quàm ea quibus abs Deo et verâ æternâque luce abstrahitur.

GENERATIONE SUA, genere suo. Ut varie sunt generationes sui genera hominum, ita est generatio quærentium Dominum, psalmi 23 v. 6; est et generatio aversantium Dominum; est genus hominum carnalium ac mundanorum, est et spirituum ac celestium. Igitur in generatione sui genere suo, id est, in iis quæ pertinent ad generationem sui genus suum, id est, ad ipsos propriè, quâ parte à filiis lucis distinguuntur; ea autem sunt, temporaria bona, hujus mundi commoda, res vitæ presentis, quas illi propriè spectant et querunt. Adhæc est hæc particula, et correctionis et restrictionis causâ; correctionis, quia non verè prudentes sunt, quæ est virtus propria filiis lucis; sed habent aliquid prudentiæ similitudinis, nempe, astuti, callidi, industrii sunt; restrictionis autem, quia non in omnibus superant filios lucis, certè non in iis quæ lucis sunt; sed in iis solis quæ ad hujus vitæ commoditatem et usum spectant. In his prudentes sunt, sagaces nituntur, ut prospiciant rebus suis temporariis, ut benè sibi consulant in futurum, quemadmodum mox iniquus ille villicus, adeoque mirabiles aliquando videre licet astutias, quas excogitant ad promovendam utilitatem suam corporalem. In his prudentes sunt, adeoque prudentiores quàm sint filii lucis; subaudiunt quidam, in eisdem rebus. Verùm illud dicere nec opus erat, quod per se est manifestum satis; nec enim filii lucis se exercent in iis quæ sunt seculi; minimum, non perinde ut filii seculi; nec mens Christo erat, qui taxare his verbis voluit socordiam filiorum Dei; prout dicebamus; quod superari se sineret à seculi hominibus, in promovendis rebus, non seculi, sed lucis. Subaudiendum est igitur, prudentiores in generatione suâ sunt, quàm sint filii lucis in suâ generatione, id est, in rebus quæ ad ipsos propriè pertinent, quas ipsi querunt et amant, virtutè, justitiâ, vitæ salutem æternâ, Justo non tam prudentes sunt in bonum, quàm illi in malum, ut præcaveant detrimentum omne honorum suorum spiritualium, ut evitent quæcumque animæ lesionem, ut providant sibi de bonorum operum meritumque copiam, et prospiciant in vitam futuri seculi. Huc enim præcipuè respicit Christus, turpe

injustitiam aut fraudem, sed quia PRUDENTER FECISSET, id est, quia solerter et industriè in commodum suum et opportunè ad scopum suum. Non enim erat vera prudentia, sed astutia cum fraude juncta. Astutia quippe est degener quædam et vitiosa prudentia. Quævis igitur læsus, laudavit tamen, sicuti cum audivimus iniquum aliquod faciens, laudamus tamen, quia ingeniosum; quia FILII VITUS SEculi, id est, homines, qui hujus seculo et ejus moribus ac legibus serviunt, PRUDENTIORES SUNT, id est, sagaciores et magis industrii, scilicet ad consulendum sibi in posterum, quamvis fraude, non jure, prout supplet August., 11. De Genesi ad lit., cap. 2. FILIUS LUCIS, id est, hominibus lucem divinam diliguntibus et se-

esse docens, impios in suo genere plus sapere et certius sibi providere, cum agatur de rebus levibus et perituris, quàm justos in suo genere, ubi de rebus æternis questio est, et comparandis præsidis vitæ immortalis. Nam quamvis id perpetuum non sit, frequens est tamen, et ut plurimum accidit. Videri id possit contrarium rationi, eò quòd filii lucis, donati luce, illustrati luce spiritus Dei, longè clariùs, quæ ad æternam ipsorum salutem faciunt, videre et prospicere debere, judicari possint; nisi corruptionem naturæ adversariam paterentur, quæ animum eorum à rebus divinis ita abstrahit, ut non perinde liberè ad eas contemplandas et discutiendas ferantur, quemadmodum illi, eadem naturæ corruptione favente, feruntur ad res temporarias. Hæc igitur additâ comparatione ac sententiâ, Christus, ut ignaviam nobis exprobrat, quod saltem non æquè nobis prospiciamus in futuram vitam æternam, ac profani homines in futurum prospiciunt vitæ huic fluxæ et quæ momento præterit; ita aperit sibi viam, ad subjungendam parabola conclusionem, in eo consistentem, ut iniqui illius villici prudentiam, rationemque vivendi in futurum ab eo imitantur.

VERS. 9. — ET EGO. Ego igitur dico, moneo, adhortor. Vos, qui vultis vos præstare filios lucis, et à Deo laudari. FACITE vos, si aliquando minus rectè administraveritis aut dispensaveritis; vel nunc tandem facite, conciliate vobis, similiter ut villicus ille iniquus. DE, ex. MAMMONA, divitiis. Vox mammona significat lucrum, divitiis, substantiam, omne denique quod ad rem pecuniariam pertinet; hic, ad majorem divitiarum contemptum relicta est *ἀπεργασθη*, tanquam proprium sit nomen falsi alicujus Dei, qui à multis pro Deo colatur, ut certè fit. INIQUITATIS, phrasi Hebraica, pro, ex mammonâ iniquo, ex divitiis injustis. Sicut villicus ille iniquus, amicis sibi comparavit ex iniquo mammonâ, ita et vos ex iniquo; ut ille ex alieno, ita et vos ex alieno. Diverse tamen rationis iniquum alienumque Christus intelligit. Nam villicus ille, amicis sibi comparavit, ex bonis, quæ ita erant alterius, nempe heri sui, in nullo justo titulo essent ipsius: id perversum fuit, et nullo modo licitum; neque elemosynæ datæ ex divitiis,

quæ erant alterius, nempe heri sui, in nullo justo titulo essent ipsius: id perversum fuit, et nullo modo licitum; neque elemosynæ datæ ex divitiis,

quæ erant alterius, nempe heri sui, in nullo justo titulo essent ipsius: id perversum fuit, et nullo modo licitum; neque elemosynæ datæ ex divitiis,

quæ erant alterius, nempe heri sui, in nullo justo titulo essent ipsius: id perversum fuit, et nullo modo licitum; neque elemosynæ datæ ex divitiis,

quæ erant alterius, nempe heri sui, in nullo justo titulo essent ipsius: id perversum fuit, et nullo modo licitum; neque elemosynæ datæ ex divitiis,

quæ erant alterius, nempe heri sui, in nullo justo titulo essent ipsius: id perversum fuit, et nullo modo licitum; neque elemosynæ datæ ex divitiis,

furto, rapinâ, aut fraude parvis, Deo gratæ sunt. Christus autem jubet, ut ex illis divitiis amicis faciamus, quas etsi justo titulo aut certè bonâ fide possideamus, iniquitatis tamen notam moreantur, et iniqua dicenda sunt, multas ob causas. Primum quia non sine iniquitate collectæ sunt, inopieat congregari vix possunt: Nam qui *vultus divites fieri, incidunt, etc.*, 4 Tim. 6, v. 9; deinde quia non sine iniquitate asserantur, quæ est idololatria seu *idolorum servitus*, Ephes. 5, v. 5; tum quia non sine iniquitate ferè expenduntur, materia eùm sint omnis iniquitatis et irriamentorum malorum; ad hæc quia mendaces ac fallaces sunt, fallunt enim possessores suos, quibus felicitatem omneque honorum genus promittunt; denique quia pro nostris eas habemus, eùm sint alienæ; jure enim domini, Dei sunt; nostræ, solo dispensationis titulo; modis igitur omnibus, iniquitas eis involuta eùm sit, meriti inique vocatur. Porro ex his causis, duæ postremæ, videntur intelligenti dari proximis versibus 11 ac 12, ubi iniquo verum, et alienum vestro opponitur. Verum est, quod solidè tale est, quale se monstrat: iniquum igitur, quod inane, fallax, mendax. Alienum est, quod alieni juris ac domini est; nostrum, quod propriè est nostrum. Alienæ esse agnoscamus oportet divitiis magni illius Domini, ejus est terra et plenitudo ejus, Psal. 23, v. 1; qui eas nobis largitus sit, ut utamur eis, non pro libitu nostro, sed ex præscripto ipsius, prout noverimus eum vellet, sub conditione reddendæ rationis. Quemadmodum ergo injuste vocantur opes, quæ ut nostras possidemus et erogamus, eùm sint hominum aliorum, ita et injuste hic dicuntur, quæ ut nostras tenemus, nec agnoscamus Dei esse, à Deo nobis acceptas, administrandi causâ et expendendi; nec aliter expendendi, quàm Deus præcepit, sub poenâ damni sciendi. Hoc enim sensu sunt plerique hominum, ut habeant eas pro suis, quibus uti frui possint pro mera voluntate, absque eo quòd ab aliquo dependeat, cui de eorum usu reddenda sit ratio. Sic enim fit ut Deo subtrahatur quod suum est, et quod alienum est homines usurpent. Cæterum quomodocumque iniquè dicantur divitiæ, vitium ab hominibus est, ipsæ naturâ eùm sint bonæ. Propterea tanquam idoli nomine eas Christus *mammona* vocat: idolum enim iniquum est, non in se, aut aurum enim, aut argentum, aut similibus materia est; sed errore eorum qui pro Deo illud co-

curandis sint filii lucis; quia hoc nec ad scopum Christi spectabat, nec opus erat dicere, quia per se patet; amor enim rerum quæ multum diligunt, acit et excitat in eis omnes prudentiæ vires, et suggerit quoslibet assequendi modos, eùm filii lucis ea negligant; sed sensus est quòd filii hujus seculi sunt prudentiores in rebus secularibus quàm filii lucis in rebus divinis; illi magis in malum, quàm hi in bonum, nempe ut plurimum; nam hoc scopo, ut simus prudentes in rebus divinis, concludit Christus parabola.

VERS. 9. — ET EGO DICO VOBIS: FACITE VOS AMICOS, erogando elemosynas justis et sanctis, qui apud Deum abundant meritis, DE MAMMONA INIQUITATIS, sui iniquo, id est, de divitiis injustis. MAMMONA enim Syriaca vox est, divitiis significans, quæ vo-

lunt, et expectant ab eo quod Dei est dare. Horum error idolo, illorum vitium divitis iniquitatem adgenerat. Quod homines divitias iniquè aut non satis justè acquirunt, servant, expendunt, quod à divitis felicitatem expectent, quod divitias quas possident pro suis teneant, hominum peccatum est, non culpa divitiarum. De alieno igitur, et quod perversus hominum usus iniquum reddit, mammonà, quanquam bonà fide nostro, vult Christus, interea dum illius nobis à Deo permittitur administratio, amicos nobis comparemus, in alios illud erogantes, quibus usui esse possit. Atque affert epitheton ipsum iniqui secum rationem, cur erogare illud potius quam conservare debeamus: quis enim consultum judicet rem, tot iniquitatis modis obnoxiam, apud se retinere, et non potius ab eà quantociens se expedire? Vult ergo ut imitemur exemplum dispensatoris illius iniqui; non futuri tamen iniqui, quemadmodum illo, quia facturi id sumus ex Dei bonis, sciente et consentiente adeoque adhortante Deo, domino, quod ille fecit ex bonis heri sui, hero non conscio.

CUM DEFECERIS vità et officio dispensandi, cum sublata fueris à vità, et ablata vobis omnis mammona dispensatio. Sic interpretatur Græci, Euthymius, Titus, Theophilactus. Syrus legit numero singulari *demo dagmar*, ut cum defecerit, scilicet mammona vobis; id quod tamen in eundem sensum recidit. Nam per mortem mammona seu mammona administratio defecere intelligitur. Hoc igitur verbo indicatur breve tempus vite dispensationisque nostrae, ne teneiores nos reddat longioris vitæ fiducia, pleuroque.

RECIPIANT, suscipiant vos, scilicet amici illi. Non ergo monet ut quosvis amicos, distributis divitiis, nobis faciamus; verbi gratià, eos qui ditescant divitis à nobis acceptis, sed hujusmodi, qui nos valeant in aeterna recipere tabernacula, qui sunt pauperes fideles, non reconcentes accepta in thesaurum, sed præsentes mortali vite necessitates iis sublevantes.

ÆTERNA, cœlestia, TABERNACULA, habitacula, mansiones, in regnum celorum, brevi meâ operâ aperendum; cuius interim loco serviebat justis à morte excipiendis, sinus Abraham, de quo infra, v. 22. Hæc enim propria sunt pauperum domicilia, quibus promissum est regnum celorum, supra 6, v. 20, Matth. 5, v. 3, qui bona non receperunt in vitâ, sed mala, infra, v. 25;

cantur iniqua multis modis; vel quia sola iniquitas ees divitias reputat, dum veras, id est, spirituales ignorat, ut Augustin.; cit. quest. 54 et 21 de Civit., et c. ult. Unde Christus hic, versu 41, opponit eis id quod verum est, vel quia mendaces et fallaces sunt; vel quia iniquè ees habemus pro nostris, cum sint alienæ, solo dispensationis titulo nobis commisse. Qui sensus maxime congruunt parabole, in quâ tacite Deus comparatur homini diviti, nos omnes vitâ; bona temporaria que possidere videmur, bonis alienis que villicus iste per fraudem sibi vindicabit. Nam quod Hier. addit, q. 4 ad Hediham, *mammona iniquum dicit*, quia omnes divitiae de iniquitate descendunt, eò quod omnis dives aut iniquus sit, aut

divitum propria non sunt, quia *facilius est camelam per foramen acule transire, quam divitem intrare in regnum Dei*, infra 18, v. 25; sed divites à pauperibus sunt adiuvandi. Propria enim pauperum cum sint domicilia, plurimum possunt, ut eos quos in hac vitâ senserint benefactores, in illa introducat. *Æterna tabernacula*, inquit Theophylactus, *pauperibus in Christo constituta sunt, in quæ possunt recipere eos qui hic ipsi amici de bonis, que sunt dominica, largiuntur*. Felix permutatio, cum temporaria permutantur æternis. Quare Chrysostomus in Catenâ: *Ars artium*, inquit, *peritissima est elemosyna: non enim nobis domos fabricat luteas, sed vitam æternam impendit*. At ergo Christus: Ut cum in fine hujus vite amoti fueritis ab economiâ mammonæ, ut cum per mortem ablati vobis fuerit omnis divitiarum hujus seculi usus et dispensatio; illi memores benefactorum que à vobis acceperint, adducant vos in regnum celorum, quo aliqui facillè excluderemini, æternum miserâ sorte. Sed quomodo pauperes recipiant in celum amicos suos divites? Imperio aut auctoritate absolutâ in celum recipere, solius Dei et Christi est: quod tamen pauperum causâ et gratiâ facit Deus, hoc ipsi facere dicuntur. Pauperum autem causâ in celum recipi, non raro propter preces et intercessionem eorum, quas plurimi faciunt, sive illi in terrâ adhuc agant sive in celo; semper autem propter elemosinas ipsi factas, quas sibi factas imputat: non secus enim ac sibi præstitum agnoscit, quidquid in egenos benefeci colatum fuerit, Matth. 25, 40. Sic D. Augustinus lib. 2 Quest. evang., cap. 58, ubi ait: *Non propriâ potestate quasi gratificando recipiant, sed promissione atque permissione illius qui eos consilio præmonuit, ut sibi amicos facerent, et qui seipsum pasci, vestiri, hospitio recipi, visitari, in unoquoque minimorum suorum, liberatoris bonitate dignatus est*. Ergo si forte pauperes, quibus benefactum fuerat, ipsi à morte exclusi fuerint tabernaculis æternis, Christus ipse, propter elemosynam, rectâ piâque mente exhibitam, recipiet. Cæterum ex suo genere habet Christus omnes fideles pauperes à morte beatos; ut divites omnes ex suo genere miseros, atque ab æternis tabernaculis exules, nisi obstant elemosyna. Non quod elemosyna sola per se in regnum introducat, sed quod faciat, ut eo rerum statu quis moriatur, quo aptus sit regno. Nunc totius parabole jam inde à versu, accipe sensum: Quemadmodum infidelis ille villicus seu dispensator,

iniqui hæres, non videtur huic loco convenire. Non enim ex iniuste partis divitis elemosynæ fieri debent, sicut villicus ille de bonis domini sui fecerat; quia non in omnibus similitudo parabolarum querenda est, sed in iis que ad propositum spectant. Ludit itaque Christus in verbo *iniquitatis*, dum de villico et mammonâ dicitur, sicut alibi in voce, *mortuus*: *Sinite mortuos sepelire mortuos suos*. Ut cum defeceritis, à justitiâ in hac vitâ, inquit Maldonatus; sed non videtur ita congruere scopo parabole, que proponit quid nobis in reddendâ ratione continget, in die scilicet iudicii. Itaque, cum defeceritis, in reddendâ ratione, vel, ut ferè Græci, cum defeceritis à vitâ et officio dispensandi, quod fit in morte

auditi comminatione heri sui, quod officio amoven- dus esset, anxius, consilio apud se accepto, curavit, antequam amoveretur, ex bonis heri amicos sibi comparare, qui officio destitutum reciperent foreverit que domi suæ, ne egestate periret, et ab hero, damnatum licet passo, ob prudentiam laudatus est; ita vos, antequam moriamini, quod brevi erit, ex bonis que dispensationi vestre commisit Deus, quibus sapè non ut oportet usi, ne dicam abusi estis, procurate vobis amicos pauperes, qui vos dispensatione per mortem abdicatos, recipiant in eas, que propriæ ipsorum non vestre sunt, cœlestes mansiones, et sustineant serventque secum æternum beatos. Id si feceritis, solidam consequimini laudem à Deo, qui ditissimus damnium nullum potest sustinere, imò cuius præceptum est, ut bonis que vobis crediti, hac ratione, in commodum vestrum utamini; laudem, inquam, ob prudentiam, quâ filiis seculi, in rebus vestris gerendis, non inferiores, ut par est, sitis.

VERS. 10. — IN MINIMO, seu modico (ut mox vertit) in rebus parvis, parvæ quantitatis et pretii, scilicet tractandis, dispensandis.

ET PRO ETIAM, in multo, in magno; *reb* Hebræis, et multum et magnum, utrumque significat, in rebus multis magnique pretii.

FIDELIS EST. Ea est hominum censura, atque ita accidit plerumque. Nam quanquam longè probator sit, quem in tractandis rebus magnis experientia fidelitatem testata est; solent tamen homines ex rebus parvis de magnis iudicium ferre, et eum quem in parvis fidelem invenerint, dignum majoribus iudicare, et securè ei majora committere, juxta illud alterius Evangelii: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, super multa te constituam*, Matth. 25, v. 21, 25. In modico; in minimo mox vertit.

ET, multo magis, IN MAIORI, in multo, ut mox. Qui res parvas injustè dispensat aut tractat, præsumitur longè injustius in magnis versaturus. Nam cuius animus res vilissimas pertrahere potest ad peccandum: is magnæ rei occasione oblata, facillimè multo peccabit. Sententiæ proverbiales sunt, à communi usu et experientiâ sumptæ, ut plurimum veræ.

UNIUSQUEQUE, quando reddenda est ratio villicationis, recipiant vos, illi amici pauperes scilicet quibus beneecerimus, in ÆTERNA TABERNACULA, seu cœlestes mansiones in celo. Fit autem hoc vel quia sancti in celo memores benefactorum pro suis benefactoribus intercedunt, vel quia propter elemosynas, quibuslibet pauperibus datas, hoc facit Christus, dum sibi datum imputat, quidquid in egenos, etiam malos, contulerimus; ut proinde hoc locum etiam habeat, etiamsi illi quibus datum fuerit à tabernaculis illis exclusi sint, ut Aug. 1. 2 Quest. evang., q. 58.

VERS. 10. — QUI FIDELIS EST IN MINIMO, id est, in rebus parvi pretii dispensandis, ET IN MAIORI, rebus crediti magni momenti, FIDELIS EST. Præbet enim argumentum, quod fidelitatem per se diligit, et non tantum ratione materie. E contrario verò, qui in MODICO INIQUUS EST, multo magis IN MAIORI INIQUUS ERIT, dispensando. Sententiæ sunt proverbiales, à communi usu sumptæ, ubi plerumque sic accidit, et merito sic præsumitur. Has autem sententiæ mox applicat proposito suo.

VERS. 11. — SI ERGO, Applicat sententiæ illas generales proposito; et cum supra, v. 9, monerit, inquam mammona in pauperes disperdendum, spe admissionis in regnum celorum; hoc item jam monerit, damni timore proposito.

IN INIQUO, id est, falso, vano, mendace, quippe quod deludat ac fallat possessores suos, et frustretur spem eorum qui in ipso confidunt; tum quia neminem bonum aut beatum reddat, quanquam id pollicetur; tum quia facillimè possessoribus percat; ac proinde res minima sit et minimi pretii. Vide supra, v. 9.

MAMMONA, scilicet dispensando, tractando, in administrandis vanis hujus seculi divitiis.

FIDELIS NON FUISIS, vel estis, secus vos geritis quam ex sententiâ donatoris; ut quibus abutimini ad luxum, aut quis avare servetis nec erogetis in usum pauperum. Hæc enim contra conditionem sunt, quâ vobis à Deo sunt date.

QUOD VERUM EST, verum, scilicet mammona, veras solidasque divitias, que hoc præstant quod pollicentur; possessores suos reddunt et bonos ac beatos, nec pereunt nisi volentibus, ac proinde res sunt magnæ et magni pretii. Hæc sunt virtutes animi, et dona divina, possessorem Deo gratum facientia, et ad vitam æternam adducuntia. Iniquo opponit verum, dans intelligendum, ut temporarias divitias, non esse veras divitias aut vera bona, sed apparentia tantum.

QUIS CREDIT, committit vobis? q. d. Nullus, qui quidem sapiat, nec Deus ipse, cuius solius est dare, nec enim expectandum est ut in vero ac magno bono tractando ac dispensando fideles sint, eoque ad vestram salutem ac proximorum edificationem utamini, qui in umbratili, caduco, minimoque, non estis. His verbis inclusa est tacita comminatio, neganda adeoque auferenda dona spiritalia iis qui abutuntur corporalibus, hæc penâ puniendum eum qui malè dispensat bona transitoria, ut indignam Deus iudicet bonis æternis, quæ rectè administrantibus, et perpetua manent, et perpetuam vitam conciliant.

VERS. 12. — IN ALIENO, mammona, vel in alienâ, scilicet dispensandâ, erogandâ. Pecunias opesque hujus seculi, quas mox iniquum mammona vocat,

VERS. 14. — SI ERGO IN INIQUO MAMMONA, id est, in falsis et fallacibus divitis dispensandis, que scilicet verarum divitiarum rationem non habent, ut ante diximus, et merito in rebus minimis deputantur, FIDELIS NON FUISIS, ees non erogando secundum voluntatem Domini, qui vobis eas commisit; quod VERUM EST, id est, verum mammona, seu veras divitias spirituales, que videlicet hoc præstant quod pollicentur, bonos beatosque reddendo possessores suos, quis CREDIT, seu committit vobis? Nemo sane, si sapiat, ne quidem ipse Deus.

VERS. 12. — ET SI IN ALIENO DISPENSANDO, FIDELIS NON FUISIS, quemadmodum ille villicus, de quo nos audistis, QUOD VESTRUM EST, quis dabit vobis? *Aliquam* vocat id quod ante *iniquum mammona* vocaverat, tertantum credit divitias, que non plene iure eas possidemus, nec in nostrâ sunt potestate, ut eas vel habeamus vel servemus, nec à morientibus auferri possunt, ut August. 55. QUOD VESTRUM VERO nominat bona spiritalia, ad que propriè conditi sumus, et intra in ipso animo, non extra nos sunt, et in nostrâ

jam vocat alienum, partim quia non pleno jure ab hominibus possidentur, quippe non tam domini, quam dispensatores eorum, à Deo absoluto domino sunt consituti, maxime verò quia præter naturam sunt, quod ait Ambrosius. In quam sententiam et Titus Græcus: *Opum copiam, ait, alieni nomine designat, quandoquidem opibus affluere, si hominis naturam spectemus, ab homine alienum est; si cui autem advenit, extrinsecus et quasi per accidens advenit.* Sunt alienæ ab hominum naturâ, semel quia non sunt homini perpetuæ, neque nobiscum nascuntur, neque nobiscum transeunt, ait Ambrosius: quâ ratione et Augustinus, lib. 2. Quæst. Evang., cap. 55: *Alienas, inquit, appellat terrenas facultates, quia nemo eas secum moriens auferit. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dabimus quod nec auferre quid possumus, 1 Tim. 6, v. 7. Denique Euthymius: Alienum nominat terrenas divitias, quippe que apud illum non permanent, qui est eas assuetus. Temerè obtingunt, iterum uno momento pereant nolentibus, etiam ante mortem.* Semel ergo, alienæ sunt ab hominis naturâ, quia non sunt homini perpetuæ; iterum verò quia præcipuum hominis partem, animum, inquam, ac mentem, non afficiunt, non reddunt hominem meliorem, multoque minus beatum.

Quod vestrum est; Gr., vestrum. Nostram vocat celestes divitias, ait Euthym.; similiter Theophylactus: *Nostræ sunt divitiæ celestes et divinæ, illic noster municipatus est, eò quod homo ad imaginem Dei est conditus. Pecunia autem et possessiones, aliena sunt: nihil enim simile illi est his. Divinarum autem bonorum fructus, et participatio Dei, nostræ sunt.* Coelestia igitur et æterna bona, nostra vocat, non quod Dei non sint, aut quod non Deo accepta referenda, aut quod præter Dei voluntatem is uti liceat, sed quod his malè uti homo nequeat, adeoque frui debeat, non uti, utpote summo bono, et fine ultimo, ad quem creatus sit, ac proinde consentaneo maxime suæ naturæ. Creatus est homo ad imaginem Dei, creatus est ad hunc finem ut fruatur Deo: quid igitur magis consentaneum esse potest ejus naturæ, quam ut Deo fruatur, quod inter coelestia bona præcipuum est? Nostra sunt igitur coelestia bona, quia naturæ nostræ maxime consentanea; consentanea autem sunt, tum quia perpetua nobis sunt, perpetuè nostra; nec enim potest ea amittere, qui semel sit consecutus: tum quia afficiunt, adeoque perficiunt hominis naturam, reddunt hominem meliorem, et tam corpore quam animâ beatum, id quod summum et totum bonum est, quod natura humana appetere queat. Atqui vestram, inquit Salvator, non possessione, subjungit enim futurum dabit; sed promissione divinâ, quæ nequeat fallere; eò quod promissa nobis sint coelestia bona, et certè certius exhibenda, si Deo fideliter servierimus, si temporaria

sunt potestate, ut à nemine amittantur invito; quis dabit vobis? quia præcedentis dispensationis infidelitas reddidit indignos, et merito presumere fecit, ne hic similiter faciamus. Diffidit enim spiritus, quam temporalia rectè administrare. Simili modo dicit Apostolus: *Si quis domini sui præcesse necesse,*

bona ex ejus præscripto ac mente dispensaverimus.

QUIS DABIT? q. d.: Deus non dabit, cuius solus est dare. Negabit Deus bona, humane nature maxime consentanea, id est, coelestia, ei qui malè versatus fuerit in administrandis bonis à naturâ hominis alienis, id est, divitiis seculi. Ergo, quod rectè adnotat Dionysius Carthusianus, de bonis vite (lege, vitæ), dixit Christus versu superiore *quis credet ser committet, quia illis utendum est, ita ut reddenda sit de usu ratio: de bonis autem patriæ seu gloriæ, hic dicit, quis dabit, quia his non est utendum, non sunt hæc ulterius referenda, nec proinde reddenda de eis ratio, sed semel datis intentissimè et quietissimè fruendum atque inhaerendum.*

VERS. 15. — NERO, nullus servus.

DOBUS DOMINI SERVIRE. Sententia proverbialis est, è publico vulgi sermone et rerum experientiâ sumpta: si non semper, certè ut plurimum, vera. Ferè enim ita apud homines usu venit ut duobus dominis unus servus, pari animi affectu ac promptitudine servire non possit. Nam rari sunt vel nulli ejusmodi duo, qui tam inter se voluntate unanimes et morum commoditate similes sint, ut unus ingenio, qui quidem eis ad nutum præstare esse debeat, æquè accommodari esse, æquè placere queant.

ACT ENIM USUM. Cùm ferè moribus et imperatis discrepent domini duo, fit ut servus amborum unum diligat, alterum oderit; aut neutrum si diligat, unius imperium ferat, alterius contemnat.

DILIGET. Dilectionem comitari promptitudo cupiditasque obsequendi.

ADHÆREBIT. SYRUS, honorabit.

NOV POTESTIS. Accommodat proverbium ad rem presentem. Cùm sint Deus et divitiæ domini duo jussus ex diametro inter se pugnantibus dissidentes, necesse est ut si diligatis Deum, negatis divitiis servitium, aut si tyrannidem ferre libeat divitarum, contemnatis imperium Dei.

SERVARE, pari animi affectu ac promptitudine. Non dixit: *non servitis Deo servire et divitias habere; sed servire inquit, Deo et divitiis.* Nam servire divitiis, hoc est quod vitio datur. Habent verò divitias qui non servit eis, ut qui dominantur eis, et utuntur ad servitium Dei; cùm etiam illi qui servant habeantur ipsi à divitiis potius quam habeant ipsi eas.

VERS. 14. — OMNIA HÆC, de contemptu divitarum et studio elemosynæ.

PHARISÆI, etiam Pharisei. Quamvis Phariseis hæc non diceret, utpote minus capacibus sublimis adeò doctrinæ, sed solis discipulis; id patet supra, v. 1; auscultabant tamen et Pharisei, eò fortassis aviditia, quò magis observarent, eam ab ipsis sermonem ad suos convertere.

quomodo Ecclesie Dei diligentiam habebit? 4 ad Timoth. 3, v. 5. Cùm ergo hæc et alia que in Matth., adversus avaritiam dicit, PHARISÆI AVARI DERIDERENT, Græcè efficaciter: *novo suspendentes*, externis scilicet gestibus contemptum significantes, respondit illis: VERS. 15. — VOS ESTIS, qui JUSTIFICATIS VOS, id est,

AVARI, amantes argenti seu pecuniæ; non solum iniquo erga Jesum animo affecti.

DERIDERANT, sannis excipiebant ILLUM, ut docentem contraria affectionibus ipsorum, dehortantem ab avaritiâ et pecuniæ studio quo erant infecti. Syrus, mutato nonnulli verborum ordine, clarissimè vertit: *Pharisei autem cùm hæc omnia audissent, propterea quòd amantes essent argenti, irridebant eum.*

VERS. 15. — ET IIT. Ait igitur, postquam observasset irrisiones et sannas eorum.

ILLIS, Phariseis. Severè redarguit eos, eò quod divinum Evangelii doctrinam contemnerent.

JUSTIFICATIS VOS, jactatis vos justos, pro justis vos venditatis, vultis videri justi, sancti, Deo grati, elemosynæ studiosi, Matth. 6, v. 1, 2.

HOMINIBUS, quò estimant hominem ex externis.

DEUS AUTEM, qui cordium scrutator celebratur, qui ex animi bonis estimat hominem, sicut oportet. NOVIT CORDA SEU ANIMOS, in quibus præcipue consistit justitia. VESTRA, quomodò affecta sint, quàm aliena scilicet à justitiâ, hoc enim dicere vult; quippe plena rapinâ et iniquitate, supra 11, v. 59; avaritiæ studio infectissima, ut cætera præteream; unde fiat ut meum de divitarum contemptu sermonem sannis excipiat. Insinuatione usus, quò plus significat quam dicat, et moderatè loquitur, et fugit invidiam, Deo judicium relinquit, quod ipse ferre potuisset. Interim, occulte ipsorum avaritiæ ascribit, irrisionem sermonis, ad divitarum dilargitionem adhortantis.

QUIA. Reddit rationem ejus quod insinuat, ipsos scilicet à verâ justitiâ alienissimos.

HOMINIBUS, apud homines, hominum opinione, qui non judicant nisi de exterioribus.

ALTUM, sublime, splendidum, admirandum, in pretio, qualis est, rerum abundantia, gloria, prosperitas, ornatus, exterior sanctitas, et cætera hujusmodi.

ABOMINATIO, abominabile est, pro isti, non solum displicet ac reprobat, sed et horri ac detestationi est, tanquam profundissimum malorum: opponit enim profundum alto seu sublimi.

ANTE DEUM; coram, quo modo mox vertit, Deo, id est, Deo. Vult dicere id frequenter ita fieri, ut qui hominibus justus, sanctus et admirandi apparent, reverè injustissimi sint, ac proinde detestabiles Deo, qui solus citra errorem, de humano animo, justitiæ subiecto, judicare potest. Ita verò accidit etiam è contrario ut quod hominibus humile, contemptum et abominabile apparet; quales sunt pauperes, mites, in-

qui justus videri, et haberi, et vocari vultis, justos vos venditatis, CORAM HOMINIBUS, qui externa intuentur: proci à justitiâ, hoc est, plena avaritiâ et hypocristi et omni iniquitate, plus enim insinuat quam dicit, quod probat subjuncta ratio: *QUIA QUOD HOMINIBUS, id est, hominum estimationi, qui non nisi de externis judicant, ALTUM EST, id est, suspiciandum, et in magno pretio, cujusmodi sunt, esse divitem, esse ab hominibus honoratum, præ se ferre sanctitatem; ABOMINATIO, seu abominabile, EST ANTE DEUM, quia plerumque tales sunt pleni avaritiâ, fastu et hypocristi. Sententia magni ponderis, juxta quam plerumque fit,*

gentes, qui persecutionem patiuntur, etc.; apud Deum in pretio sit, eique probetur quàm maxime.

VERS. 16. — LEX ET PROPHETÆ. Si superioribus continèe subjecta à Salvatore est hæc sententia, hæc habet sequela rationem. Pharisei, cùm essent avari, deridebant, quòd mox dicitur est, Dominum ad divitiarum contemptum, et in pauperes dilargitionem, adhortantem; præterentes, verisimile est, legem et prophetas, à quibus, et probetur ut Deo grati plurimi qui divites fuerint, et divitiæ ipsæ rerumque omnium copia promittantur filiis Dei cultoribus, mandatorumque ejus observatoribus. Abraham imprimis, justus adeoque amicus Dei appellatus, describitur dives fuisse valde in possessione auri et argenti, Gen. 15, v. 2. Davidem regno et opibus clarum, testatur propheta fuisse virum secundum cor Dei, 1 Reg. 15, v. 14. Deuteronomium, cap. 28, custodientibus mandata Domini promittit omnigenas hujus vite benedictiones; transgredientibus maledictiones; in quam sententiam et propheta: *Si volueritis et audieritis, bona terra comeditis, Isa. 4, v. 49.* Hujusmodi igitur objectioni satisfaci Saluator his verbis: *Lex et prophetæ.* Per legem et prophetas intelligitur vetus Testamentum.

USQUE AD JOANNEM, scilicet suo functi sunt munere; prophetaverunt, quod exprimit Mattheus, et docuerunt populum Dei modo suo.

EX EO tempore, à diebus Joannis, ait Mattheus.

REGNUM DEI sive celorum, quod sub lege et prophetis incongnitum fuit, non nisi obscure ab ipsis promissum: EVANGELIZATUR, palmâ feliciterque annuntiarum appropinquasse, prædicatur jam adesse: quòd, cùm Dei et celorum, id est, divinum ac celeste sit regnum, vult præ se contemni humana ac terrena omnia. Non itaque mirum, si, ut alia res prædicatur Evangelio quam lege et prophetis, ita et præceptiones ac forma docendi sint aliæ Evangelii quam legis et prophetarum; aliæ, inquam, ac diverse, non adversæ, hæc imperfectiores, illæ perfectiores ac sublimiores. Lex cum prophetis veterem populum, veluti puerum, in Dei cultu continet spe bonorum terrenorum; Evangelium, novum populum, tanquam virum, servare Deo docet spe regni celorum, spe bonorum spiritualium, celestium atque æternorum: quæ ejusmodi cùm sint, ut amari facile non sustineant unâ cum caducis hujus mundi bonis, hinc fit, ut à me et Joanne Evangelium prædicandum, doceatur divitarum ac mundi contemptum; quorum quidem amorem nunquam do-

ut quod homines admirantur, horri sit apud Deum, et contra, ut discamus humana judicâ parvi facere. Et quia Pharisei præterere potuissent legem, qua promittit abundantiam temporalium observatoribus suis præoccupat Christus.

VERS. 16. — LEX ET PROPHETÆ, id est, scriptura Prophetarum, USQUE AD JOANNEM, tanquam legis terminum, inter veteres desinentes et incipientes novos cap. 2; supple, munere suo functi sunt, prophetando scilicet Christum venturum, et regnum ejus, promittendo temporalia: at EX EO tempore, non amplius terrena promittuntur, sed REGNUM DEI EVANGELIZATUR

curant lex et propheta, sed tantum usum promiserunt ac permiserunt suo pro tempore.

Er omnis, etc. Quod Dei regnum si vos nolitis ingredi, Evangelio recepto; si vobis non placet spem regni Dei tanto emere pretio, contemptu, inquam, honorum hujus mundi eorumque in pauperes dilargitione; nolite putare neminem fore qui Evangelium istud volet amplecti, itaque in Dei regnum ingredi; omnis, id est, quisvis alius, infinita alia hominum multitudo, vobis perniciosè torpentibus, omnis alia hominum conditio, cum non adcat à filiis regni, non tantum volet intrare, sed et si conabitur in illos perumpere, abnegatis possessionibus, voluptatibus, parentibus, denique semetipsis et animà suà, atque adeò jam nunc incipit. Vide Math. 11, v. 12 et 13.

VERS. 17. — FACILIS EST AUTEM. Quod autem dico legem et prophetas usque ad Joannem et Evangelium fuisse, non in eam sententiam accipiendum est, quasi doceam, legem, post Joannem, regnante Evangelio, abrogatam, evanidam, aut otiosam esse, vel prophetas antiquatos. *Facilis est enim,*

PRÆTERIRE, corrumpi, esse desinere, venire in nihilum; sive absolute, quod nunquam, sive quod ad præsentem statum, quod aliquando fiet.

DE LEGE. Græcè legis. Sub lege prophetas intelligit. USUM, vel NAM APICEM vel minimum quid, maxima mundi elementa, quam minima legis puncta cadere, deficere, falsum, irritum, aut frustraneum reddi. Constantior est legis sanctitas, quam cœli ac terræ duratio.

Celum enim et terra aliquando transibunt seu mutabuntur, Math. 24, v. 35; at legis ne minimum quidem unquam; et, si æternam etiam durabit cœli terræque substantia, prout durabit; facilis tamen sit, hunc nature nexum atque ordinem solvi, quam falli aut fallere veritatem Dei, quæ legem edidit. Quidquid igitur lex, aut præcipit ut fiat, aut promittit prædicte fore, etiam post Joannem, tempore manifestati regni cœlorum sive Evangelii; id omne eveniet, exactèque observandum erit, adeò ut ne minus quidem apiculis, aut impunè prætermittendis ab his qui Evangelii regniq. Dei compotes fuerint, aut frustra futuris sit. Porrò non hic agitur de nuda hominum obedièntia, nec asseritur homines omnes obedituros præceptis legis (nec enim hoc prædixit promissive lex), sed de obligatione, de legis robore, de obedièntia exacta sub poenâ agitur, doceturque homines omnes, quamdiu stabit mundus, aut obedituros præceptis legis, etiam his quæ minima judicantur, aut hinc penas, quas transgressoribus, sive lex comminatur, sive debet Dei justitia; quamquam non de obedièntia aut præceptis solis hic sermo est, sed

seu annuntiatur, tanquam præmium bonè operantibus expositum; ut proinde non mirum vobis videri debeat, si nova hæc prædicatio, nova quoque præcepta de contemptu temporalium sanciant. Et quamvis vobis ridicula videatur, non est tamen inefficax, quia OMNIS IN ILLO VITÆ FACIT, id est, multi alii ad illud summo fervore conflunt: nec tamen putetis me

de omni eo quod in lege est scriptum. Sensus igitur loci est: Maxima solidissimaque hujus mundanae machinæ corpora, cœlum et terra, mutanda quandoque sunt, nec servatura statum præsentem; at legis, ne minimum quidem unquam mutandum est quin periciantur omnia, ita ut in lege jam scripta existant; quod est, legem esse divinam, et ab æternâ atque incommutabili veritate editam; itaque prorsus insolubilem. Porrò, quod de lege Christus dixit, et de prophetis voluit intelligi.

VERS. 18. — OMNIS, etc. Doctrinam hanc unam, Salvator, aut certè Evangelista, huc affert, exempli loco, quò ostendat, Evangelium tam non esse contrarium legi et prophetis, ut minimis etiam apiculis legis, qui oculos mentesque legentium fugiunt, exigat. Lex repudia uxorem novaque conjugia, certis modò conditionibus adhibitis, permittebat. Scribere licita proinde illa esse, et à lege probata, intelligebant, qualia primò fronte judicentur. Evangelium permissa fuisse docet pro durità cordis populi illius, non approbata; ac proinde, ex mente legis, cavenda, repudia quidem illa, ut illicita contrariaque primæve Dei institutioni, subsequèntia vero conjugia ut adulteria. OMNIS, inquit, generali sententiâ, nullum excipiens, nec eum quidem cuius uxor adulterii convicta sit.

DIMITTIT. Math. 19, 9, legitur, nisi ob fornicationem; sed à plerisque Græcis libris legitur: Non ob fornicationem.

ET ALTERAM DUCIT, ac cognoscit, dimissâ adhuc superstitè, Hoc porrò si adulterium est, dimissâ unâ aliam ducere, multò majus adulterium est duas aut plures simul habere uxores; ut certè polygamia legi naturæ ac primæve conjugii institutioni contraria est, non minus quam repudium, neque unquam licita fuit, nisi Deo per disertam revelationem singulariter permitte.

MECHIATUR; non contrahit matrimonium, sed committit adulterium, nihil illum absolvente legis permissione. *Mechatur* autem, etiam eâ quæ dimissa est existente fornicationis reâ; quia licet illa carnem, quæ una fuerat ac manere debnerat, dividerit, ac proinde fidem violaverit; non tamen vinculum ex fide semel datâ natum solvit, quin sibi mutuo obligati ac devincti permanent, ne amplius dividant eam carnem: quod vinculum nisi morte alterius non solvitur, non in adulterium corrumpitur, inquit Augustinus, cap. 13, lib. 2, sed de corpore exstantis; neque enim vel apud Judæos, mox ut adulterium aliqua admiserat, capitali supplicio affliciebatur. *Mulier*, inquit Apostolus, alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit, Rom. 7, v. 2; 1 Cor. 7, v. 39. Consequitur, similiter et vir quanto tempore mulier ipsius vivit.

legem destruere, quia dixi eam usque ad Joannem vigere.

VERS. 17. — FACILIS EST CŒLUM ET TERRAM PRÆTERIRE, id est, corrumpi, QUAM DE LEGE UNUM APICEM CADERE, qui scilicet non implentur.

VERS. 18. — OMNIS QUI DIMITTIT UXOREM, etc. Hæc sententiâ coheret præcedentibus, ut notavit

Er qur. Virum alloquitur potius quam dimissam, quòd viro, utpote libero ad ducendam aliam quamcumque, facilius sit persuadere ut non ducat mulierem ab alio dimissam, quàm mulieri dimissæ ut nemini nubat, quæ, si non intemperantiæ, certè honoris recuperandi causâ, votis omnibus desiderat esse qui ipsam velit et ducat.

DIMISSAM, etiam ob fornicationem; ita Hieronymus juxta priorem sensum, ex eo intelligens ad secundam virum sermonem dirigi, quòd meretricis et quæ semel fuerit adulterata opprobrium non timeat si moechari dicatur. D. Augustinus intelligit dimissam non ob fornicationem, juxta alterum sensum; prioris scilicet membri pericopen repetendam sentiens in posteriori, non quòd dimissa ob fornicationem possit ab alio viro duci, sed quòd minus possit, satisque intelligatur, si illa non possit, hanc minus posse. Calvinus repetit pericopen ut Augustinus, sed, si fides ipsi habetur, solus ipse rectè interpretatur, adulteri non esse reum qui repudiatum ob adulterium duxerit, insigni privilegio præ casibus honorans adulteras; quamquam non putabat suo tempore Augustinus, quemquam ita absurdum, ut hoc sentiret, c. 9, lib. 1.

A VINO. Hoc Syrus non magis legit hic, quam secundum Matthæum.

VERS. 19. — HOMO QUIDAM. Græcè et Syriacè interjecit autem. Id quod hic Christus narrat, de duobus Judæis, uno divite, altero paupere, non parabola est, sed historia et res gesta (ut sentiunt, inter Latinos, Ambrosius, in Commentario, et Gregorius, homilia 48 in Evangelia; inter Græcos, Chrysostomus in homilia unica, et Euthymius, in Commentario); quam nullus narrare potuit præter ipsum Christum, cui soli res alterius seculi notæ fuerunt, non minus quam hujus; quamquam non sine allegoriis res futuri seculi hic describat. Pertinet autem hæc historia ad ea quæ præcesserunt versibus 15 et superioribus. Ut enim magis percelleret Christus Phariseos, irrisores doctrinæ suæ de dispergendis in pauperes divitiis, affert terribile exemplum, divitis damnati gehennâ ignis, ideirò quòd pauperem neglexisset, à quo potuisset in sinum Abrahæ et æterna tabernacula recipi: quo modo rectè annotat V. Beda.

DIVES, de suo, quod habet Augustinus, serm. 19 Tertull., 4 contra Marcionem, cap. 54: nam quia mentionem Joannis fecerat, in Herodem eam jaculari voluit, qui et suam uxorem, Aréthæ regis filiam, dimiserat, et aliam fratris uxorem contra legem duxerat.

VERS. 19. — HOMO QUIDAM ERAT DIVES. Historia est, non parabola, ut sentit Iren., lib. 4, cap. 4; Tertull., lib. de Animâ; Ambros. hic; Greg., hom. 40 in Evang.; August., in psal. 45 et 47; Origen. et alii, qui ex nominis expressione hoc probant, quod in parabolis inusitatum. Respicit autem hæc historia versum 9 et seqq., de dispergendis in pauperes divitiis, et imprimis versum 15, maximeque percellit eos qui retributionem vitæ futuræ sunt increduli, dicentes, ut est Sapientiæ 2, v. 20: Non est qui agnitus sit, reversus ab inferis; nam hæc historia reversioni ab inferis æquivalat. Itaque homo quidam (nominis parit, tum propter famam ejus, tum præcipue, quia impius nescit Dominus; de quibus psal:

de Verbis Apostoli, cap. 5; non enim accusatur rapinæ, furti, aut alterius injustitiæ.

INDUERATUR, vestiebatur, conserverat vestiri.

PURPURA, vestibus coloris purpurei, quibus non est alius habitus aut pretiosior aut magnificentior, utpote regum proprius et eorum qui regibus proximi, quorum ex numero an hic fuerit, fit incertum; excessit fortassè conditionem vitæ magnificentissimæ vestium. Purpura piscis est ex concharum genere, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maximè expetitur, concreti sanguinis et nigrantis rosæ colore sublucentem; quò nomine etiam vocatur liquor ipse, et vestis quoque eò liquore tineta, prout hoc loco. Legimus Dan. 5, v. 29, *Danielem jubente rege Balthasare indutum fuisse purpurâ*, et 1 Machab. 10, v. 20, *Jonathan à rege Alexandro missam fuisse purpuram ac coronam auream*; denique et senatum Romanum, quos reges salutasset, eos togâ purpurâ, quæ et pieta diceretur, donare conseruisse.

Desso, lino tenuissimo et delicatissimo, telâ subtilissimâ, candidissimâ ac mollissimâ, id est, vestibus interioribus ex hujusmodi telâ confectis, quæ mollissimè contingenter corpus. Nam purpura quidem exterioribus vestibus serviebat, propter coloris splendorem ac suavitatem; byssus autem, propter molliorem, interioribus.

EPULABATUR, genio indulgebat, cum jumentidate epulabatur. Vox Græca utrunque significat, et lætitiæ mentis, et hilaræ convivii. Ita epulabatur, ut epulis ipsius nihil jumentidatis deesset, non sanitas, non consortium, non colloquia; non musica, aut si quæ alia lujusmodi.

QUOTIDIE non imò tantum et postea non, inquit Theophylactus, sed quotidie; ducēbat in bonis dies suos.

SPLENDIDE. Non mediocri, sed splendorè magnificentique apparatu, sive ciborum pretia, condimenta, et varietates, sive vinorum præstantium, sive vasorum ex auro atque argento totiusque suppellectilis splendorem spectes. Erat hic dives, non parens et sordidus, qui defraudaret animam suam bonis, sed qui divitiis prolige expenderet, ad sumum ipsius committatur, in vestes præclaras, convivium splendida, commodum frequentem, ita ut nihil sibi sineret deesse, quod ad vitæ voluptatem splendoremve facere posset.

Nomen eorum delatâ in æternum erat dives, nempe de suo, inquit August., serm. 19 de Verbis Apostoli, hoc est, de rebus justè acquisitis, non eum arguitur fuisse vel raptor vel pauperum oppressor, vel calumniator, etc. Noli amplius querere quam audis à veritate, inquit August., qui sciam inhumantem in pauperem in eo reprehensam putat. Quamquam aliquibus vilo non carere videatur, quòd INDEBATUR PURPURA, id est, vestibus purpureis qui sine temporis erat vestitus pretiosissimus, regum et principum virtutum proprius, ET BYSSO, id est, telâ seu lino candidissimo et delicatissimo. Notat ergo splendorem cum molliè purpura, quippe cultum externum, byssus, molliem significat. ET EPULABATUR, cum lætitiâ indulgens genio, non subinde vel genitalibus diebus, sed quotidie ET SPLENDIDE, ita ut nihil deesset quod ad ciborum apparatus, pretia, et lincæta, splendorem vasorum spectaret.

VERS. 20. — ET ERAT QUIDAM MEDICUS NOMINE LA-

Exemplum hominis tota mundi prosperitate fruentis, cui cuncta velut et fontibus affuebant, quod ait Chrysostomus concione in hoc Evangelium primâ.

VERS. 20.—ET ERAT. Erat è diverso; summâ illius felicitati, opponit summam alterius miseriam.

MENDICUS, pauper, ille prædices, hic extremè pauper, qui unde viveret non haberet, nisi precariò ab aliis acciperet.

NOMINE LAZARI. Quòd nomen mendici exprimitur, argumentum est non leve, historiam hic narrari, quod diximus, non parabolam fingi. *Neque enim in parabolâ dicenda nomina sunt*, inquit Chrysostomus, hominâ propriâ huic loco; et Ambrosius: *Narratio, ait, magis quàm parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur*. Porro, quòd divitis nomen non exprimitur, fecit hoc Christus, ut parceret famæ ejus: præter hoc, quòd impius nesciat Dominus, nec memor sit nominum eorum *per labia sua*, psal. 43, v. 4; pauperum vero istorum, honorabile nomen eorum coram illo, psal. 71, v. 14; quod plerique omnes, tam veteres quàm novi, tam Græci quàm Latini trajectores, adnotârunt.

JACEBAT, projectus, porrectus, extensus fuerat, eò quòd non magis ferè quàm cadaver, surrigere et movere se posset; sic utuntur Evangelistæ hoc verbo, de vehementer ægroto, quibus stare præ morbi vehementi vel non licet vel non libet. Titus: *Jacebat obiectus, neglectus, prostratus, pro nihilo habitus, omni curâ omnique humano præsidio prorsus destitutus*. Jacebat denique, ad plures, quod apparer, dies noctesque continuis, sub dño, quippe domo carens.

AD JANUAM SEU VESTIBULUM. Syrus, *ad portam illius*. In viâ publicâ, quò etiam à preterentibus solum acciperet, sed propè à portâ domus.

ERAT, scilicet divitis, quod Syrus etiam exprimit. Nec enim permisisset dives, ut occuparet interius vestibulum domus, quòd januam vestiebat; eo tamen jacebat loco, quo *videret eum dives, ejusque miseriam observare posset, et exiens et revertens*, quod ait Chrysostomus; nam et evasisse diviti notum, infra manifestum fit, v. 23 et seqq.

ULCERIBUS FLEXIS, ulceratus. Syrus, *cum esset affectus ulceribus*. Hic morbus ejus fuit, quòd totum ipsius corpus ulcera occuparent, fœda atque horrenda, ex quorum suppuratione profectus dolor, non sineret eum in pedes consistere. *Totum corpus ejus ulcera erant*, inquit Chrysostomus, et tanquàm alte-

zarus. Quid hic Lazari nomen, si non in veritate res est? inquit Tertull., lib. de Animâ, cap. 7, probans non esse parabolam, sed historiam, quò modo et Chrysost., hom. hæc de re, et Ambros., argumentantur. *QUI JACEBAT*, Græcè, *projectus erat*, tanquàm ægroto, qui se movere non posset, ad JANUAM EJUS, Græcè, *ad vestibulum*, quòd scilicet januam vestiebat, hoc est, in viâ publicâ, ita tamen ut eum non posset ignorare, ULCERIBUS FLEXIS, ut totum corpus ulcera videretur, inquit Chrysostomus. Similia spirant epiphlasin singularem, ad exprimentam Lazari miseriam, augendam què divitis immiserordiam.

VERS. 21.—CUPISNS SATURARI, quòd indicatur potius miseriæ ostensione quàm clamore petisæ. *Notat enim Basil., in Regulis fustis disputatis, cap. ult.*

rius Job, percussi ulcere pessimo à plantâ pedis usque ad verticem, videre erat dolorem esse vehementem, Job 2, v. 7, 13: *Cui cerè poterat ad penam sufficere paupertas, etiamsi sanus fuisset, et rursum sufficisset ægritudo, etiamsi subsidium addesset; sed ut probaretur amplius, simul hunc et paupertas et ægritudo tabefecit*, quod scribit Gregorius, homiliâ 40 in Evangelia. Ulcera corpus in motum vestis obtegientia, opponuntur purpuræ et hyso quibus dives induebatur.

VERS. 21.—CUPISNS, et expetens seu desiderans; referitur ad jacebat. Non dubium quin verbis quoque petierit micæ mensis elapsas, non tamen importunè, sed miserâ ostentatione potius quàm clamore.

SATURARI, refici. Syrus, *explere ventrem suum*. Micæ seu fragmentis panis. *Non sumptuosius feraculis*, inquit Theophylactus, *sed de micis quibus satiebantur canes*.

QUE CADEBANT, et, vel canibus relinquebantur, vel peribant, *ad placandam inedia nihil aliud expectens*, ait Titus, *quàm micæ quæ de divitis mensis temerè cadebant*. Cupiebat vel ejus esse conditionis apud divitem, cujus erant canes, quorum esse micæ è dominorum mensis lapsas, Chananea illa opponerat, Matth. 15, v. 27; adeoque præferri sibi canes sinebat, modò frui posset his quæ canes fastidiosè relinquerent.

ET, pro sed, NEMO ILLI DABAT. Hoc etsi Græcè et Syriacè non legatur, intelligitur oportet, Notatur duritia maxima, et divitis et familie ejus, quòd perire permitterent, quibus pauper presens et obsecrans aliquid potuisset. Dives intus domi epulabatur quotidie splendide: Lazarus foris ad januam fame et inedia premebatur extremè, in portu faciens naufragium, et juxta fontem molestissimâ discruciatu sili. *Ecce alius dicitur*, inquit Theophylactus, *videre alios in delictis, se verò fame premi. Si nullus adit, scribit Chrysostomus, concione 1 in hæc historiam; hoc ipsum etiam nolenti persuadet, ut ferat quæ accidit. Ceterum quòd in medio tam multorum faciens, ebrietati indulgentiam, suavitè viventium, à nemine vel vulgarem curam nancisceretur, id videbat sensum dolorum acriorem, magisque incendebat animi ægritudinem*.

SED ET SEU ETIAM CANES. Accessit et hoc mali inter alia, quòd canes, præsertim divitis illius, quos ille multos alebat, credibile est, lincantur hinciter, nemine prohibente, ULCERA EJUS. Ut pure fruerentur, itaque dolore non modico alliciebant nudum et im-

nensquam esse scriptum quòd quidquàm unquàm à divite illo pelletur, in argumentum, quòd æquo animo rerum suarum statum tulisset, unde exemplum est sapientiæ in tolerandis mollioribus doloribus sicut Job in gravioribus. *Cupiebat itaque satari*, quorum est de micis è mensis cadentibus vivere, ut est Matth. 15, v. 27. Insinuatur extrema paupertas, et famæ ejus, sicut contra, extrema duritia divitis et familie ejus, per hoc quòd NEMO ILLI DABAT. Sed quæ culpâ inquit, si, ut diximus, non petierit? Respondetur quæ, et Ambros., lib. 2 Olib., cap. 16, non salas aures præbere debentis audientis precantium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Unde,

bellem. Non solent canes, nisi invitati, hominis viventi ac vigenti corpus lambere; verùm ad hunc jacentem accurrerant, tanquàm ad projectum nudumque cadaver, ut saniem vel sanguinem lingerent, quò libenter vescuntur. Nec verò ipse eos valebat abigere, addò erat fractus viribus (id quòd hic intelligunt, Chrysostomus, concione primâ, ejusque discipuli Theophylactus et Euthymius), nec erat qui pro eo abigeret; interim erat ei novus hic dolor ferendus, quò canibus divitis solatium præbebat, à quò ipse ne eorum quidem conditionem poterat obtinere. Hic ergo pauper cum divite illo compositus, non minus absolutum exemplar fuit humane in hoc mundo miseriæ, quàm ille felicitatis. Jam que singulos consecuta sunt, consideremus.

VERS. 22.—UT MORERETUR, præ ægritudine corporis et rerum omnium inopiâ, MENDICUS ille, ET PORTARETUR quòd ad animam; nam corpus in terrâ mansit. Synecdochica locutio est, quæ præstantior hominis pars, anima, nomen totius sibi vindicat. *Portaretur autem, id est, tutò honorificèque duceretur*. Non enim gravis est anima aut ponderosa, ut manibus aut humeris portanda sit, quos nec angeli habent; sed portatione significatur susceptio, ductus, auxilium, et coonestatio.

AD ANGELOS, tanquàm ministris Dei, à Deo in ministerium missis eorum qui hereditatem capiunt salutis, Hebr. 1, v. 14, ut in portum eos salutis inducant. Nam, quòd Chrysostomus ait, concione 2, de Lazaro: *Si civitatem civitate vertentes, egemus ductoribus, malò magis animâ à corpore divulsa, et ad futuram transiens vitam, opus habebit vi ductibus*. Quem homines in vitâ desperaverant et dereliquerant, à morte ministros habet angelos; nec unum solum, sed plures, qui in suam eum curam suscipiunt, honorant, deducunt in sinum Abraham. Manifestè hic discimus honorum angelorum esse, ut animas justorum decedentium, in locum salutis ducant.

IN SINUM ABRAHE, in locum quietis; non in cœlum, quòd nondum apertum erat, sed in locum quietis ac salutis, ubi liberatus à miseris mundi, cum reliquis justis viâ funelis, quiesceret, foveretur, ac refocil-

4 Joan. 5, v. 17, non dicitur: Qui audiverit fratrem medicamentum, sed qui viderit fratrem suum necessitatem habere, et clausurâ viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? SED ET CANES VENIERANT, allecti pure et sanie, cujus hinc canes delectantur. Quòd addi putat Chrys., ad indicandum miserabilem statum corporis ejus, ad quòd velut ad cadaver canes accurrerent, et ægrî maximam debilitatem, eos abigere non valentes; Hieron. in cap. 2 Malach. ad arguendum divitem, quòd feritate bestias superaverit, ut qui hominis non miseretur, cujus etiam canum lingua miseretur.

VERS. 22.—FACTUS EST AUTEM UT MORERETUR MENDICUS, ET PORTARETUR AD ANGELOS, id est, angelorum ministerio deduceretur anima mendici. Quo loco manifestè discimus animas justorum corporibus exiis in salutis locum ab angelis duci. Unde erat: *Ecce Lazarus cum à sanctis angelis suscipi, et ad patriam paratissè perducit*. Et iterum: *Signifer S. Michael representet eum; signifer, tanquàm bellum adhuc gerens, eò quòd in illo etiam animarum transitu demones ob-*

lucetur, tanquàm in gremio communis justorum omnium patris Abraham, expectans interim opportunum tempus admissionis in cœlum, et beatitudinis absolute. In Abraham gremio, inquit Ambrosius, quasi in quodam sinu quietis et sanctitatis recessu; et Augustinus libri quarti de Animâ et ejus origine, capite 16: *Sinum Abraham intellige, remotam sedem quietis atque secretam, ubi est Abraham*. Metaphora sumpta est ab humano sinu, quò solent excipi, condi et foveri, pueruli, quò parentes tenerè diligunt, præsertim gravius quæ passî. *Non juxta Abraham*, inquit Chrysostomus in homiliâ, *sed in sinum Abraham, ut illum palparet, ut illum refocillaret, ut illum quasi elementissimus pater teneret in sinu suo et refocillaret*. Justorum itaque spiritus, sinu Abraham excipi dicuntur, ubi absconditi quiescant, tanquàm fracti hujus mundi laboribus, et refocillentur, erumnis exanimati; denique quemadmodum in patris veluti sinum filii conveniunt, dum vesperi ab opere diurni domi congerantur, ita justî omnes à morte, perfectò vite curriculum et penso operis, colligi in sinum communis patris Abraham dicebantur. Sic enim, Christi ætate, vulgò vocatus fuisse videtur locus iste, in quem spiritus justorum à morte recipiebant, sinus Abraham; quemadmodum è diverso, locus spirituum impiorum, gehenna, Matth. 5, v. 22. Sed cur sinus Abraham potius quam Ade, aut alterius curum justorum, qui longè ante Abraham in hunc locum descendebant? Adam sacris Litteris non est notus nisi ut peccator et legis transgressor; unde Paulus cum Christus opponit, Rom. 5, v. 14; 1 Cor. 15, v. 47; Abraham autem primus fuit in quem Deus sibi à gentibus segregavit, qui credit Deo et reputatum est ei ad justitiam, Genes. 15, v. 6; denique qui promissiones sunt factæ; unde cum Judæi ad eum genus suum referre, et eo tanquàm primo parente gloriarî solerent, non mirum si dixerint, post mortem, in ejus sinum colligi, qui fidem justitiamque ejus imitati, promissionum ipsi factarum et æternæ vite participes fierent, Christo Domino probante. Nam quia apud ipsum Abraham æterna vite promissio deposita fuerat, et omnibus in ipse æterna viâ promissa, consequens

lucetur angelis, ut earum translationem in cœlum impediunt. IN SINUM ABRAHE, ut ibi quiesceret, foveretur, refocillaretur, tanquàm Abraham communis omnium justorum patris filius. Metaphora enim videtur ab humano sinu sumpta, in quem filii tenerè allecti recessu reconduunt. Significatur itaque per sinum Abraham remota quedam et secreta sedes quietis in societate Abraham, ut Ambros. hic, et August., lib. 4 de Animâ, cap. 16, et epist. 99, et aliis multis locis, ut ita simul quietis et societatis Abraham insinuat, qui tanquàm communis patris omnium credentium filios suos ibi colligit. Hunc sinum satis apertè tradit idem Augustinus in Psal. 85, et Greg., lib. 4 Moral., cap. 27, fuisse apud inferos limbum quem dicitur Patrum; nam distinguunt ab eo quendam infernum inferiorem, ubi sint anime damnatorum. Porro ex hoc loco manserunt illa phrasæ apud Christianos, ut animæ justorum dicantur à morte decerri in sinum Abraham, quamvis à Christi ascensione status rerum mutatus sit; nam, ut Cyril., lib. 12 in Joan., c. 50, ex quo Christus mortuus dicit: